



Bibliographische Daten

Titel: Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur: Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

M

Magdeburga. Olim parthenopolis a venere parthenia appellata, que ibi colebatur.
Et vrbis virginum dicta, metropolis ac prima vrbis saxonie, ad Albim fluvium sita. Is flu-
uius in montibus exoritur, qui bohemiam moraviamque determinat, et provinciam mediam
ferme plabitur: primo in occidentem, deinde in septentrionem, versus, ut provinciam reliquit
per angustas motu et abrupta vallium, precepit saxoniam petit: Quam duas in partes dicitur
etiam Magdeburgam urbem magnam alluit. Deinde in oceanum fertur, ubi a Rheno fla-
mine equo terrarum spatio distans, non minorem illo perlabens agrum, Neque Romani Al-
bim ipsi (ut Strabo tradit) transcendunt. Quem plerique germanie terminum Sarmaticeque
quondam dixerunt. Hec inclita vrbis Imperatorum pontificumque honesta sedes, Tres in partes
diuiditur. Cuius munita membris ac propugnaculis, turribus quoque ac fossatis excellit.
In ea sunt magnifice domus, perpolite platee, ampla et ornata templum. Carolus
quoque magnus nobilem episcopatum ibi ordinavit. Conferto enim longobardorum bello, po-
tentissimo rege apertam nullam moram in ponendam putavit, quin in Galliam confestim
rediret. Saxoniam quippe inmissum bellum, cum domum reuocabat: Saxonum gens longe
maxima erat, ac etiam bellicosissima pene germanorum omnium, hi falsos colentes deos, cum
neque diuinum neque humani iuris quicquam pensi haberent, nihil eque ac religionem, neque honestatem
ei deducunt. Proximi erant Franci, cum quibus continenter bella gerebant, hoc palam
cum Carolo magno quasi diuino munere reseruata videtur, sic renouatum est cum Saxonibus
bellum, quo nec maior, nec grauius diutius missus a Carolo gestum fertur. Tres enim et
triginta annos cum ferocissimis gentibus certatum constat. Tandem penitus Saxones debella-
ti, se suarum omnium potestati Caroli permisit. Vitis impositae leges, ut patres accedentes, fili-
isq; diis posthabitis christianam fidem profiterentur, magnam numerum obsidum darent, mo-
dias terminis septi. Erat autem Carolo in bellis gerendis hic primum propositus finis, ut Chris-
tiane fidei legem, quantum in se esset extolleret: Ideo purgata Saxoniam decem episcopatus in ea
instituit. Sedes prima pontificalis ab eo fundata, Ecclesia Osnaburgensis super hasam fluvium, in
honore petri et pape coluit. Secunda Halberstaden in honore sancti Stephani, que prius in
Osternouich fuit. Tercia Myndensis super Weseram fluvium in castro wedekim. Quarta Dze-